

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Bibliotheca Smithiana, Seu Catalogus Librorum D. Josephi  
Smithii Angli Per Cognomina Authorum Dispositus**

**Pasquali, Giovanni Battista**

**Venetiis, 1755**

D. Thomae Quaestiones De Veritate Disputatae

**urn:nbn:de:gbv:45:1-844**

## D. THOMÆ QUÆSTIONES

DE VERITATE DISPUTATÆ

Romæ per Arnoldum [1] Pannartz in domo Petri de Maximis MCCCCLXXVI.

*Johannes Franciscus [2] Venetus O Theologus ad Reverendissimum  
D. [3] Marcum Barbum Cardinalem Sancti Marci.*

**C**Orrigendi mendoſos codices laborem prosecuturus incepturn, Reverendissime Pater, & Domine ſemper colendissime, grandem percipio animo voluptatem, tum ipsarum rerum celſitudine, quarum perſcrutatione in Deos, ut ita dicam, in humanis corporibus latitantes evadimus, tum ipso officio, cui pro magnitudine animi tui dulcem quamdam videris gratitudinem polliceri. Congratulor tamen fudoribus meis, ſed benivolentiae tuae magis, quod operam meam pluris vi facere quam fit aequum. Subtiliffimas nunc diſputatas de Veritate quæſtiones sancti Aquinatis Thomæ, non tam integratati doctrinæ neceſſarias, quam sapientiæ tuae optime comparatas, quantum mea interfuit, ſolita emendatas diligentia, benigne fuſcipe impreftas. Eas profecto tibi dicatas eſſe volui, ut sapientia tua, quam multifarie explicant, fiat ſemper notior, fiat altiori fede apud omnes dignior, fiat ævo longiori ubique glorioſior. Vale.

[1] Acute iamdiu monuit ad hanc Editionem Cl. Maittaire, Arnoldum Pannartz ſoluto iam ſedere cum Conrado Sveinheim, aliis uſum uulfis typorum figuris, ab iis non parum diuerſis quibus antea, integra ſocietate, utebatur. Vid. Annal. Typ. Vol. IV. p. 360.

[2] Num *Johannes-Franciscus Beatus Venetus* Dominicana Prædicatorum Familia alumnus, & primum Patavii, ſubinde in Academia Pifa- na publicus ſacrarum Literarum professor? cuius mentionem iniecit Cl. V. Fr. Joann. de Au-

gustinis in II. Vol. Oper. ſui *de Scriptor. Venetiis* nuper italice edit. p. 375. Ref. tempora, titulus, operisque ſumma ſatis probare conieeturam videntur. Non diſimulandum tamen a F. Andr. Rovetta in *Bibl. Script. O. P. Scriptorem* huic conlocari ad ann. 1570. Num perferam? Viderint alii. At falli *Rovetam*, scriptorem ceterum incurioſum & apprime *ad patinam*, vix eft cur dubitem.

[3] De *Marcus Barbo* S. R. E. Card. Paulli II. ex fratre nepote vide ſupr. p. LXXXII.

